



**Questiones spiritualis [con]iuiuij delicias preferentes,
super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis**

Johannes <de Turrecremata>

Lyon, 18. Jan. 1509

Dominica in passione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70506](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70506)

credente. et spes est eorum que non habentur ab ipso sperante. Sed prophetia est eorum que sunt procul a communi omnium sensu. cum quibus propheta pueratur et conuincatur in statu vite. et ideo fides et spes repugnant perfectioni beatitudinis christi. non autem prophetia. Ad tertiam respondeatur. negando consequentiam. Et ratio est. quod angelus cum sit comprehensor est supra prophetam que est purus viator. non autem supra christum qui simul fuit viator et comprehensor.



In dominica in passione est euangelium. In illo tempore dicebat iesus turbis iudeorum. Jobis. viij. circa quod presertim disputari sequentes

questiones. Prima est. vtrum christus potuit redargui de aliquo peccato. Secunda est. vtrum christus debuit sine offensione iudeis predicare. Tertia est. vtrum sit verum quod abraham vidit diem christi.



D prima sic procedit. Et videlicet quod christus potuit redargui de aliquo peccato. Primo sic. in christo

fuit peccatum. ergo potuit redargui

de peccato. consequentia est bona assumptum probat. Dicit enim in psalmo. xxi. ex persona christi. Deus meus ut quid dereliquisti me longe a salute mea. Verba delictorum meorum. ergo videtur quod in christo fuerunt delicta. Secundo sic. Dicit apostolus ad romanos. v. quod in adam omnes peccauerunt. scilicet quod in eo omnes originaliter fuerunt. sed christus fuit etiam originaliter in eo. ergo in ipso peccauit. Tertio sic. Dicitur. i. cor. v. quod deus eius qui non nouerat peccatum. scilicet christus pro nobis fecerat peccatum. sed illud verum est quod a deo factum est ergo in christo fuit aliquod peccatum. In oppositum est euangelium presens. ubi christus ait. Quis ex vobis arguet me de peccato. ubi dicit glosa. cum nullus possit arguere. Rursus dicendum sub ista conclusione. In christo nullum fuit peccatum. nec originale nec actuale. Ista conclusio patet. scilicet. Petri. i. dicit de eo. qui peccatum non fecit. nec inuentus est dolus in ore eius. et per consequens de nullo peccato redargui potest. Veritas huius conclusionis sic ostenditur ex tribus propter que christus suscepit defectus nostros. Primo ut pro nobis satisficeret. et ex hoc patet quod defectum peccati non assumpsit nec debuit. quod peccatum nihil operatur ad satisfactionem. quantum in virtute satisfactionis impedit. quod dicitur. ecc. xxxij. Dona iustorum non probat altissimus. Secundo assumpsit defectus nostros. ut ve

Dominica in passione.

ritates humane nature cōproba
ret. Et ex hac etiā ostēdit q̄ pec
catum assumere nō debuit. q̄ ex
peccato non demonstratur veri
tas humane nature q̄ peccatus
non pertinet ad humanā naturā
cuius deus est causa. sed magis
est contra naturā p̄ seminatio
nem diaboli introductus. vt Da
mascenus dicit. Tertio assūpsit
christus defectus nostros vt nos
bīs exemplum virtutis p̄beret.
ex qua pte manifeste p̄t̄ conclusio
q̄ peccator exempla virtutis p̄
ber e non potuit. cum peccatum
contrariat̄ virtuti. Un̄ x̄ps nul
lo modo assumpsit defectus pec
cati nec originalis nec actualis
fuit em̄ agn̄ sine macula quacu
q̄. Ad rationes in oppositum.
Ad primā respōdet. q̄ sicut dī
cit Damascenus. iij. libro. dupli
citer dī aliquid de x̄po. Uno mō
fm̄ proprietatem naturalē r̄ hypo
stasiam. vt dī factus est hō. r̄ p̄
nobis passus est. Alio modo fm̄
proprietatē p̄sonalē r̄ habitudi
nalē. put. s. aliqua dicūt de x̄po
in p̄sona nostra q̄ sibi fm̄ se nul
lo modo cōueniūt. Vnde r̄ inter
vij. regulas Liconij quas ponit
Augu. in tertio de doctrina chri
stiana. p̄ r̄ima ponit de dño r̄ ei
corpore cum. s. x̄pi r̄ ecclesie vna
persona estimat̄ r̄ fm̄ hoc x̄ps ex
p̄sona membror̄ suor̄ loquēs
dicit. verba delictor̄ meor̄. non
q̄ in ipso capite delicta fuerint.
Un̄ glo. super ps̄. dicit. sic. Dicit
x̄ps i p̄sona veteris hoīs. q̄ pacta

sūt delicta sūt causa quare tu lo
ge es a salute mea. Ad scđam
r̄ndef. negando minorē. si per h̄
originaliter intelligat q̄ fuerat
in adam fm̄ seminalē rationē.
Pro quo nota q̄ sicut dicit aug.
r̄. sup̄ Gen̄. ad h̄az. Nō omni mō
x̄ps fuit in adam r̄ in alijs patri
bus quo nos sibi fuim̄. Nos em̄
fuimus in adam fm̄ rationē semi
nalē et fm̄ corpulentā substanti
am. q̄ sc̄z vt ipse sibi dicit. cum
sit in semie visibilis corpulentā
r̄ visibilis ratio vtrūq̄ currit
et ad adam. sed x̄ps visibilē carnis sub
stantiā de carne virḡinis sup̄
ratio vero p̄ceptiōis ei? nō a so
mine virili. s̄z longe aliter et de
sup̄ venit. Vnde nō fuit in adam
fm̄ seminalē rationē. s̄z solū fm̄
corpulentā substantiā. r̄ iō x̄ps
accepit actiue ab adam huma
nā naturā. s̄z solū materialiter
actiue vero a sp̄sancto. sicut
ipse adam materialiter sumpsit
copus de limo terre. actiue
a deo. r̄ p̄pter hoc x̄ps nō pecc
auit in adam i quo fuit solū fm̄ ma
teriam. Ad tertiā r̄ndetur. an
gando p̄sequentiam. r̄ addit
apostoli r̄ndef. q̄ cū dī q̄ x̄ps
cit peccatū. non est intelligē
q̄ in se haberet aliqd̄ peccati
q̄ fecit hostiā p̄ pctō sicut ostē
diij. dī. Peccata ppli mei comē
dent. sc̄z sacerdotes q̄ fm̄ legē
comēdebāt hostias p̄ pctō ob
tas. r̄ fm̄ hunc modū dī. Vt
q̄ de? posuit in eo iniquitates
n̄stror̄. q̄. s. cum tradit

...tōris. Quidam aut die ...
...xp̄i ...

Domenica in passione. fo. lxxij.

vt esset hostia p peccatis omnium hominum. Vel rñdetur qd deus fecit eum peccatū. i. habentē similitudinē carnis peccati. vt dicit Rom. viij. et hoc propt corpus passibile et mortale quod assumpsit.



D secundā questionez sic pcedit (ij. p. xliij. ar. ij.) Et videt qd christus debuit sine offensione

iudeis p̄dicare. qd x̄ps non videtur obseruasse in p̄nti euāgelio. **P**rimo sic. Dicit Augu. in libro de agone christiano. in hoie iesu x̄po se nobis ad exemplum vite p̄buit filius dei. s̄ nos debemus vitare non soluz offensionē fidelium. s̄ etiam infidelium s̄m il lud. s̄. **L**oz. x. Sine offen. esto. in deis et genti. et ecclesie dei. ergo videtur qd x̄ps etiā in sua doctrina offensionē iudeoz vitare debuit. **S**ecūdo sic. Nullus sapiēs debet facere vnde effectum sui operis impediatur. s̄ p hoc qd x̄ps sua doctrina iudeos turbauit impediatur effectus doctrine ei. Dicit em̄ Luc. xi. Qd phariseos et scribas reprehenderet ceperit grauit̄ insistere et os eius op̄primere de multis insidiātes ei et querentes aliquid capere ab ore eius vt accusarent eu. nō igitur videt̄ pueniēs fuisse qd christus in sua doctrina iudeos offenderet. **T**ertio. Dicit ap̄tus. s̄.

Thi. v. Seniores ne increpaueris. sed obsecra vt patrem s̄ sacerdores et principes iudeoz erant illi. populi seniores. ergo videtur qd non fuerit diris increpationibus arguendi. **O**ppositum habetur in euangelio p̄nti. **R**espondeo dicendum. qd x̄ps puenienter in predicatione sua quāq̄ offendit iudeos. Que conclusio p̄batur primo p illud qd ysai. viij. fuit p̄phetatum. qd christus esset in lapidem offensionis et in petram scandali duabus domibus israel. **C**onuenientia autē conclusio ostenditur sic. **S**al. multitudinis p̄ferenda est paucitati quozūcūq̄ singulariuz hominum. et ideo qñ aliqui sua peruersitate multitudinis salutem impediunt non est cauenda eoz offensio a p̄dicatore vel doctore ad hoc qd multitudinis salutē p̄uideat. **S**ic est autē qd pharisei et scribe et p̄ncipes iudeoz sua malicia plurimū impediēbāt populi salutē. **T**uz qz impugnabāt christi doctrinā. p quam solā poterat esse salus. **T**um qz p̄uatis suis moribz vitam populi corrumpebant. et ideo non obstante eoz offensione dominus publice veritatem docebat quam illi odiebant. et eozum vita arguebat. **E**t ideo dicitur. **M**atth. xv. **Q**d discipulis domino dicentibus. **S**cis qz iudei audito hoc verbo scandalizati sunt rñdit. **S**imite illos. ceci sūt et duces cecoz. si cecus ceco ducatur p̄stet. ambo in

Dominica in passione.

foueam cadunt. Ad rationes in oppositu. Ad prima ridef. q homo sic debet esse sine offensione oib' vt nulli det suo facto vel dicto min' recto occasionez ruine. et ita fecit xps. si tñ de veritate scandalū oriat magis est sustinēdū q vitas relinquat. vt grego. dicit. Ad scdaz ridef tur q minor est falsa. nam p hoc q xps publice phariseos et scribas arguebat. nō impediuit sed mag' pmouit effectū sue doctrine: qz cū eoz vitia populo innotescēbat. min' aduertebant vba phariseoz et scribarū q sp doctrine xpi obfistebāt. Ad etiā ridef q illud dictū apli est itelligēdū de illis seniorib' q nō solū etate vel etiā auctoritate sed etiā honestate sunt senes. fm illud Numeri. xj. Cōgrega mihi septuaginta viros de senioribus israel quos tu nosti q senes ppli sunt. Si aut auctoritatē senectutis in instrumentū malicie vertant publice pdicādo sunt manifeste et acriter arguendi. sicut daniel dixit. Daniel. xij. Inueterate dierum malozum.



abrahā solū credidit diem xpi. ergo falsum est q vidit. p̄na est

nota. Dicit em̄ augu. q fideles qua creditur que nō vident. Et greg. dicit. q visa nō habet fidē sed agnitionē. Ad scdo sic. cum ens et verū puerant id qd nōdū erat in rerum natura nō pōt esse obiectū intellect' abrahe. sed tēpore abrahe nōdū erat dicētiuitat' xpi. Unde dicit ang' Luc. ij. Hodie nat' est vobis saluator mūdi. Ad tertio arguit' euāgelio Lu. x. vbi xps puerus ad discipulos ait. Multi reges et pphete voluerūt videre q vobis videtis et nō viderūt. ergo videt' q nec ipse abrahā vidit. qd aut' pphete nō viderūt. In oppositu est euāgelium p̄sens. Ad ridef dicendū sub ista cōclusionē. qz ruz est q abrahā vidit in sp̄itu siue cognouit p fidē diēz eternitatis xpi et diē incarnationis eiusdem. (i. ij. q. xvij. ar. iij. Item ij. p. q. xxxj. ar. ij.) Ita cōclusio ponit' in glo. p̄sentis euāgelij est beati augustini. que sic dicit. Diem videre meū incertū est: diē tēporalē quo erat ventur' in carnem. an diēz eternitatis. Et vtrūq' abrahā vidit. vnde inebile gaudiū illi. quātū em̄ est videre verbū apud patrē et q caro factū est. Et glosa. Prob' ergo cōclusio quo ad ambas p̄na et p̄mo q vidit diē eternitatis de quo dicitur in ps. Ego genui te. de quo dicit greg. omelia p̄sentis euāgelij. Tu quippe diē dñi abrahā vidit in figura summe trinitatis etc.

Quarta die de

Abraham xpi vidit

angelos hospicio suscepit. quibus
 pfecto susceptis sic tribus quasi
 vno locutus est. quia et si in personis
 numerus est trinitatis. in natura
 est unitas diuinitatis. Quod non vi-
 dit diem aduentus filij in carne
 ostenditur ex tribus. Primo quoniam di-
 ctum est ei. In semine tuo bene-
 dicent omnes gentes terre. Gen. xxiij.
 Secundo ex irameto quod exe-
 git a seruo suo heliazar. Nam
 Gen. xliij. ait. Pone manum tuam
 super femur meum et iura mihi per
 deum celi et terre etc. Et quo ut
 greg. dicit. significabat quod de
 femore eius processurus erat secundum
 carnem deus celi. Tertio ostendit
 quod vidit diem christi quoniam in imolatioe
 Isaac figurata cognouit pas-
 sionem christi propter quod locus ille dicitur
 est. deus videt. ut dicitur Gen. xliij. quia
 deus fecit videre abraham occultum
 christi misterium. Ad rationes in opo-
 positum. Ad primam respondetur. quod
 visio sumitur dupliciter. scilicet large
 pro cognitione. secundum quod dicitur. 1.
 Cor. xij. Videmus nunc per specu-
 lum in enigmate. Alio modo stri-
 cte. et sic dicitur noticia per demon-
 strationem probata. sic etiam distin-
 guitur extra fide. secundum illud ad Heb.
 xij. Fides est argumentum non ap-
 parentium. Visio autem capis hinc pri-
 mo modo. puta scilicet accipitur large
 pro cognitione. Ad secundam re-
 spondetur. negando prius de cog-
 nitione fidei. Et ratio est. quia ut di-
 cit augustinus. Videntur presentia sed
 credunt absentia propter quod etiam
 fides similitur auditui. quia de ab-

sentibus est. sicut auditu cogno-
 scimus que cum sint absentia non
 bis recitatur. Ad tertiam respondetur
 quod auctoritas illa intelligitur de
 visione corporali quam habebant
 de christo discipuli sui bene creditur
 quod inter hos qui desiderabat sic
 diem christi videre fuerit abraham.
 quia ab ipso donum redemptionis
 expectabat.



Dominica ramis pal-
 marum legis
 passio christi secundum
 Mattheum. circa
 quam possunt
 hec disputari
 Quod primo. utrum
 alius possibili-
 lis fuerit et con-
 uenientior modus liberationis
 humani generis quam per passionem
 christi. Quod secundo. utrum conuenienter
 christus tali die voluit cum rega-
 li honore intrare hierusalem.



D primas
 questionez. sic
 proceditur. et vi-
 detur quod fue-
 rit alius possi-
 bilis modus et
 conuenientior.
 Quod primo sic.
 Dicitur Luc. i. Non erit impossi-
 bile apud deum omne verbum:
 ergo quocumque alio modo potuis-
 set nos liberasse. Quod secundo sic.
 Dicit augustinus. xliij. de trinit.
 Istum modum quo nos per me-